

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 834

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

347

C O D I C E S

348

Demum ante ipsum *Petri* Exordium rubro legitur:

*Dulciss ut saperet modulamine condita metri
Incipit hic rige biblioteca petri.*

Exorditur *Petrus*:

Initium mundi quales ab ordine (origine) prima &c.

Sequuntur tria illa Disticha: *Primo facta die &c.* inscripta rubro:

Epilogus breuis est ad quem Sequitur narratio. Hujus initium:

Principio celum terramque creasse refertur &c.

Vides igitur, in hoc *Codice*, quamvis non eodem ordine, adesse omnia *Aurorae Ηλέεγα*, quae in prioribus V. *Exemplis*, praeter Hexametricum illud 56. Versuum, quod infit: *Auctoris mendico stylum &c.* quodque nec in omnibus iis *Exemplis* comparet. Ordo deinceps Librorum Biblicorum hic est: *Pentateuchus, Josue, Judices, Ruth, Libri Regum* insertis ante Quartum Canticis Canticorum. *Tobias, Esther, Judith, Job, Daniel*, iterum *Judith et Esther*, sed illa 10. haec 7. Distichis sub finem multata, demum *Machabaei*. Novi Testamenti haec ratio est. Post *Prologum*, qui incipit: *Post legem ueterem respira Petre &c.* habetur *Historia* e qua tuor *Evangelistis* coadunata, interfidis laudibus *Mariae Virg.* et variis de *Herode* e *Fl. Josepho*, tum *Historia Apostolica*, ad cuius calcem: *Explicit uetus et nouum testamentum. Incipit prologus super recapitulationes.* Ut Cod. CXXV. nisi quod Miniator in Inscriptiōibus peccavit. Adiectum etiam

Aegidii Paris. επιφωνησα: His te petre tui merito mediante &c. Unde adparet Codicem hunc inter X. Caesareos plenioribus adnumerandum, quamvis mirari merito quis debeat tantam Librariorum in ordinandis Operis Partibus discrepantiam.

CXXXI. VIII. g. 16

*Codex membraneus lat. Sec. 592 XIII. Folior. 104. 4. luculente scriptus, rubricisque interstinctus est Pars Posterior Bibliorum Metricorum, sive *Aurorae Petri de Riga*, cuius plura jam Exemplaria dedimus. Complectitur vero praefens Librum *Tobiae, Danielis, Judith, Esther, et Machabaeorum*, quos excipiunt absque inscriptione *Recapitulationes* illae utriusque *Testamenti*, quae per partes certam aliquam Alphabeti literam ita excludunt, ut in primis 10. versibus nullum A. in sequentibus 14. nullum B. compareat, et sic de ceteris; id, quod in margine minio diligenter ad-*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 834

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

349

HERMENEUTICI.

350

notatum est. Recapitulationes has
*Leyserus Historiae suae Poet. med.
aevi ad p. 704.* integras inferuit.

Ab iis in Codice: *Incipit prolo-
gus super evangelia.*

Post legem ueterem respira petre &c.

Historia ipsa Evangelica finit:

*Hic loquitur de fine ihesu. libroque matheus
Dat finem. petrus finit et ipse suum.*

VI. H. 16. CXXXII.

—654 Codex membraneus lat. Sec.
XIV. Folior. nunc 153. 4. prin-
cipio videlicet et fine mutilus, ni-
tide scriptus, passimque minio di-

stinctus complectitur *Petri de Ri-
ga Auroram* five Paraphrasin me-
tricam Bibliorum, cuius jam VII.
Exemplaria recensuimus. Octa-
vum istud incipit a versu:

Signat, qui spargunt lumen in orbe suum,

qui ad quartam creationis diem
pertinet. Προλεγομένα igitur om-
nia cum Poematis initio perierte.
Est porro Exemplar istud absque
infarctis *Aegidii Parisiensis*, et
hoc procedit ordine: *Pentateu-
chus. Josue. Judices. Ruth. Re-*

*ges. Tobias. Daniel. Judith. Ester.
Machabaei. Recapitulatio Vet.
Testamenti, in qua, ut ait In-
scriptio, singula capitula singulis
priuantur literis. Novum Testa-
mentum cum Prologo:*

Post legem ueterem respira petre &c.

sed post Historiam Evangelicam
reditur ad *Job*, et *Cantica*, ad
quorum finem: *Explicit aurora.*
Vides igitur Partes hujus Operis
pro libitu aut necessitate Scriba-
rum diversimode transpositas fu-
isse. Adhaerent continenter in ult.
folio:

*Versus domini Hildeberti tu-
ronensis episcopi.* Extant quidem
haec Epigrammata numero XI.
in edit. *Opp. Paris.* 1708. f. ju-
vat tamen adferre Inscriptiones

et varietates quasdam indicatis
Edit. columnis. I. col. 1218. *Quid
significat quod puer non potuit re-
fuscati per baculum helysei. nisi
per eius presenciam.* Pro denotat
hoc aliud, Noster, res notat hec
aliud. Pro convenit, Noster cum
venit. II. col. 1211. *Similitudo
paradisi et ecclesie.* III. col. 1218.
*Quid significat quod precepit heli-
seus regi afferri sagittas et arcum
et aperire fenestram et sagittam ia-
cere.* Pro respondeat melius No-
ster